Sacristia pro Ecclesia tenuitate Amelia satis
videtur necessaria supellectili instructa, nihil ut Sacerdotibus ad diuinum sacrificium aliorumque sacrorum obeunda officia desit, et habet Sacristia ipsa propium uectigal, ex quo ad sex, septuaginta scuta quotannis ad eam pertinent, alijs item in locis quandam Ecclesiarum inopia patitur, necessaria supellex suppetit. Episcopatus reditus fere cetera tenuitate Ecclesiae respondent, agre, ut scuta mille Romanae monetae, ex omnibus eius fructibus, aut ne egre quidem conficiantur. Atque hae de Ecclesia deque illius statu.

Quod ad me ipsum, pastoralisque officij mei munus attinet, equidem non possum, nisi oneris gravitati plane impar me confitear. Verum Dei benignitate adiutus plus pene quam imbecillitates ingenij mei possunt, praestare conatus sum.

Primis statim diebus, quibus ad Ecclesiam uenit Diocesim omnem uisitaui, castella obiui, lustraui, ac recognoui,

om=

omnia tam in Urbanis, quam in alijs Ecclesijs. Ubique statim multa, ex ordinis iussu Aedilis disciplina excerpta, et quae statim, ut in consuetudinem usumque inducerentur, quando Ecclesiae facultates tulerunt, curaui.

Tot in Urbe parochiales Ecclesiae orbae alia recentibus, alia situ et squallore deformes, alia plane iam diruta, cum offendere aspectu ipso oculos bonorum viderentur, nec ad eas instaurandas et nouas dotare ad earum cultum augendas adigi populum, nisi difficili, imo dico, de denum etiam irrito conatu posse intelligerem, satius esse duxi alias alijs adiungere unireque, et quae pro rata atque ratione sunt ad constituti Indentini prescripti profanatis, omnes ad quatuor tantum redigere, quamque ne sic quidem fore arbitror, ut earum competentes inueniantur, tanta non singularum modo sed universae etiam exiguitas reditum est.

Statui item ut congregationes Parochorum

sin=